



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 47. Plures Theologiæ Tractatus a Bajo editi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A. C. 1565.

§. XLVII.

Plures Theologici Tractatus a Bajo editi.

*Bajana in
2. part. op.
Baji Colou.
an. 1695.
p. 194.*

Minus Belgii tumultus sedabantur fama librorum, quos Bajus exeunte anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo quarto in lucem edere cœperat: quamvis enim hic Doctor Regius esset Theologus, multosque numeraret amicos, ac celebre sibi nomen conciliaffet, nihilominus palam ejus doctrina impugnabatur: scripsit equidem opera non admodum multa, atque Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo tertio nonnisi quatuor tractatus vulgavit, quorum primus agebat de libero arbitrio, alter de justitia, tertius de justificatione, ac denique postremus de Sacrificio: illo autem

defiendi cupiditate animati suum scelus, ac perfidiam quæsito quocunque obtentu honestare nituntur; nihil enim hæreticis magis familiare, quam Regnorum tranquillitatem turbare, ac suæ seditionis causas in illos rejicere, a quorum obsequio se per summam nequitiam subtrahere intendunt: eapropter Strada loc. cit. optime hæc subjungit: *Hæc summa earum literarum, quibus omnem Belgii calamitatem Orangius, alique acceptam referre consueverunt.*

autem abhinc anno usque ad anni mil-^{Sæcul. XVI.}
 lesimi quingentesimi sexagesimi quarti ^{A.C. 1565.}
 exitum Bajus nullum edidit librum,
 exeunte autem hoc anno ea, quæ elu-
 cubrabat, nonnisi ad quædam redigun-
 tur opuscula de peccato originali, de
 operum meritis, de primæva hominis
 justitia, de virtutibus impiorum, de Sa-
 cramentis in genere, ac denique de
 forma Baptismi.

§. XLVIII. 1

*Baji Tractatus de peccato ori-
 ginali.*

Bajus tractatum de peccato originali *Inter opera*
 in septendecim capita divisit, atque *Baji p. 1.*
 in primo discussit, in quo Pelagianorum *et seq.*
 errores circa hoc dogma consi-
 stant, quæve sit peccati originalis essen-
 tia, ubi decidit, quod non consistat
 in simplici privatione justitiæ, neque e-
 tiam, prout Theologi tradunt, sit pec-
 catum omissionis, sed commissionis, *cap. 1.*
 quæ dici nequit simplex privatio ex eo, *cap. 2.*
 quod vitiosus, & inordinatus, in quo na-
 scimur, sit actus, qui in infante veluti
 consopitus est, reviviscit autem magis,
 atque exterius magis se prodit, quo
 magis infans ætate crescit, quem in
 mala pene innumera præcipitat, nisi
 Dei misericordia ejus concupiscentiæ
 cursum cohibeat. Postea Bajus hoc *cap. 3.*

G g 2 pec-